

malitiose proponi: ut videlicet causa protracta, tempus regiminis electi praedicti inutiliter elaboratur: [ & inf. 2 ] Mandamus, quatenus hoc non obstante, in negotio ratione prævia procedatis.

[ i Ut causam, sicut justum extiterit, decisuri, non obstante statuto qualibet contrario Ecclesiastica liberati, seu quod Abbas, & Conventus praedicti compulsi sunt super hoc item conveniri in judicio seculari. Nuper enim referente Abbatem, & Conventu didicimus, quod cum de literis a nobis super hoc obtentis, ad ipsius communis notitiam pervenisset, Syndicus eius exhibito coram Judice potestatis calumna juramento citari fecit Abbatem, quod coram illo subiret simile juramentum, & ut per hoc renunciare appell. literis intelligeretur: idem Abbas ipso facto ut pro convicto, si hoc facere recusaret, haberesur. Cumque præstatam communis notitiam ad presentiam vestram sibi, & permanentem citasset, Syndicus eius se velle dilatorias exceptiones proponeat protestanti, terminum, quo id faceret, vel super principali responderet negotio, statuistis, ad quem idem veniens fuit protestatus, paratum se pro posse alio tempore literas nostras per suggestionem falsi, & veri suppressionem obtentas.]

[ 2 Quod apparet ex eo, quod per nuncum potestatis Abbatii fuit prohibitum, ne communis notitiam extra Floren. districtum in judicio conveniret, quare prænominati Abbas, & Conventus humiliiter petierunt, ut obviare hujusmodi malitiis dignaremur. Quocirca discr.]

### TITULUS II. DE FORO COMPETENTI.

#### CAP. I.

Clericus coram suo Episcopo conveniri debet.

Ex Concilio Chalcedon. a ( an. 455. in Bithynia ).

**S**i quis Clericus b aduersus Clericum negotium habeat, non deserat Episcopum proprium, sed prius apud ipsum actio ventiletur: vel certe consilio ejusdem apud alios, quos utraque pars voluerit, judicium obtinebunt. d

#### CAP. II.

Judex secularis, si Clericu per se distingit, vel condemnat, excommunicari debet.

Ex Concilio Parisiensi.

**N**ullus Judicium e neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum ullum, aut minores f Ecclesiæ, sine permisso g Pontificis per se distingere, aut condemnare præsumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia Dei, cui injuriam irrogare d'gnoscitur, tamdiu sit sequestratus, quouique reatum suum cognoscens emendet.

#### CAP. III.

Ratione rei, de qua agitur, sorsitur quis forum ibi, ubi est. Sic communiter summatur.

Ex Concilio Africano. ( an. 402. )

**S**ane si Episcopi, inter b quos causa versatur, sint diversarum provinciarum, ille Primas det Judices, in cuius provincia est locus, de quo contenditur.

#### CAP. IV.

Episcopus ut suspectus recusatus, de cuius suspitione notorie constat, potest dare delegatum partibus non suspectum: cuius sententiam poterit per se executioni mandare.

Gregorius Bonifacio defensori Corsicae. i ( an. 594. )

**S**i quis x contra Clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adest: qui si ut suspectus fuerit recusatus, ex-

a Act. 15. ubi referuntur canones Concilii, cap. 9. Burch. lib. 2. decr. c. 183. Ivo p. 6. c. 128. & 360. Gratianus 11. quæst. 1. cap. 1. Clericus. b Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. c utraque partes. d al. continetur. e Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. f juniores. Burch. g al. sententia. h Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. i Gregorius l. 9. epist. 74. regis. k Cap. 7. eod. tit. in 1. compil.

cutor ab eo deputetur. Aut si hoc actor refugerit, ab eo. dem Episcopo est deputandus, qui partes sibi mutuo consensu Judices compellat eligere. A quibus quicquid fuerit definitum, ipsius sollicitudine ( servata lege ) modis omnibus compellatur.

#### CAP. V.

Super re Ecclesiæ, vel Clerici potest Laicus coram Ecclesiastico Judice conveniri: sed si probabilitate negat rem esse Ecclesiæ, vel Clerici, ad jurisdictionem Ecclesiasticam declinandum, convenitur coram suo Judice.

Alexander III. a ( an. 1180. Episc. Genit. )

**S**i Clericus Laicum b de rebus suis, vel Ecclesiæ impetrat, & Laicus res ipsas non Ecclesiæ esse, aut Clerici, sed suas proprias, asseverat, debet de rigore juris ad forem Judicem trahi. Cum actoris forum rei sequi debet: licet in plerisque partibus alter de consuetudine habeatur.

#### CAP. VI.

Si quæstio feudalis est inter Clericum, & Laicum, cognoscet dominus feudi, sed eo negligente, cognoscet delegatus Papæ etiam ante negligientiam darus. h. d. secundum lecturam gloss.

Idem c ( Senonensis Archiepiscopo. )

**E**X transmissa d nobis insinuatione B. C. e, & Vv. militum f Ecclesiæ tua intelleximus, quod cum R. de Cassaville g eos super quadam possessione coram Trecen. Episcopo traxisset in causam, nobilis vir de Campis h eorum Dominus, sub debito fidelitatis inhibuit, ne de seculari feudo in judicio Ecclesiastico responderent: ( & inf. 1 ) Per dominum feudi causam jubeas terminari. Et si ipse malitiose distulerit, tu ei debitum finem imponas.

[ i Itaque præfatus Episcopus in eos velut contumaces ex communicationis sententiam promulgavit. & infra. ]

#### CAP. VII.

Per dominum feudi seculari, sive Ecclesiastico quæstio feudalis terminari debet, etiam si vasalli sunt Clerici: & si plures pretendantur domini, non potest unus cognoscere, maxime alio absente, an feudum ad eum pertineat. h. d. secundum lecturam magis notabilem.

Idem.

**V**erum i quoniam de quibusdam feudis aduersus Præpositum quæstio mota fuit: Statuimus, ut ex quo Episcopus fuerit in Ecclesia consecratus x, de feudis ipsius sub suo judicio cognoscatur, si ad Ecclesiasticam cognitionem pertineant: aliquo imperiali beneplacito ( sicut justum fuerit ) relinquatur.

#### CAP. VIII.

Malefactores Ecclesiæ in utroque foro conveniri possunt.

Lucius III. ( an. 1181. )

**C**um sit m generale, ut auctor forum rei sequatur: [ & inf. 1 ] Verum quoniam seculares Judices in exhibenda justitia personis Ecclesiasticis sape in judicio sunt remissi, in favorem Ecclesiæ est introductum, ut malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum Rectores possint sub quo maluerint Judice convenire. n

[ i Convenientius est, ut apud Judices seculares raptore prius convenientiantur, sed si justitiam exhibere contempserint, aut Judices ex quacunque causa fuerint negligentes, quia iudicandi sunt sacrilegi ab Ecclesia de crimine illo, censuram poteris in eos Ecclesiasticam exercere. ]

#### CAP.

a Post Conc. Later. part. 8. c. 7. b Cap. 7. eod. tit. in 2. compil. c Episc. Trever. d Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. e B. G. f Trever. g Calle, h Caris. i Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. x In Cod. Barb. consecratus, vel confirmatus de feudis, &c. i al. Idem. m Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. n vide l. si quis in hoc genus, & l. placet. C. de Episc. & Cler.

#### CAP. IX.

Cause Clericorum secundum jura, non secundum consuetudines Laicorum terminantur. Vel sic: In loco temporalis jurisdictionis Ecclesiæ, cause Clericorum sunt secundum jus canonum terminanda. hoc dicte secundum gl. & utrumque summarium recipit determinationem.

Celestinus III. ( an. 1195. Episc. Parisi. )

**Q**uod a Clericis: [ & inf. 1 ] Mandamus, quatenus si quas causas pecuniarias Clerici Parisis commorantes habuerint contra aliquos, vel aliqui contra eos, ipsas jure canonico decidatis.

[ i Et c. ( & infra. ) Nullus Episcorum, vel Clericorum ad judicia secularia est trahendus, habent enim illi suos Judices, nec quicquam est eis publicis commune cum legibus. Bonifacius vero Papa, & Gelasius, & alii plures antecessorum nostrorum antiquioribus Conciliis consonantes, sicut bene pater Juris utriusque peritis, id ipsum in sacris constitutionibus ediderunt. Hac igitur ratione inducti, per Apo. sedem. ]

#### CAP. X.

Laicus Laicum super re civili coram Judice Ecclesiastico convenire non potest, nisi in defectu Justitie secularis, vel nisi consuetudo id exposcat.

Innocentius III. Vercellensi Episcopo. ( an. 1208. )

**L**icit ex b suscepto: ( ( & inf. 1 ) Mandamus quatenus si quando a Laicis Vercellen. literas super rebus, præcipue quæ forum seculare contingunt, a sede Apostol. contigerit impetrari, sublati appellationis obstaculo, decernas auctoritate nostra irritas, & inanæ, dummodo consules, & commune de se conquerentibus in judicio seculari exhibeant justitiae complementum.

Licet tamen ipsi, qui sub eidem consulibus taliter duixerint contendendum, si se in aliquo senserint prægravari, ad tuam ( sicut haec tenus servatum est ) vel ad nostram, si maluerint c, audientiam appellare: hoc præsertim tempore, quo vacante imperio ad Judicem secularem recurrit nequeunt, qui a superioribus in sua justitia opprimuntur. Si vero consules justitiae tanquam merito suspecti fuerint recufati, coram arbitris communiter electis, de causa suspicione agatur: quæ si probata fuerit esse justa, ad te, vel ad nos pro justitia recurratur, sicut superius est expressum.

[ i Servitius officio sumis omnibus in justitia debitoribus: sic tamen in jure suo nos quibusdam convenienti provide: ne aliis injuriam facere videamus, ne, quod ab sit, inde sumatur materia scandali, unde providi debet consideratione sedari. Ex insinuatione fidei filiorum consulum Communis Vercellensis, nos novi accepisse, quod cum de singulis quæstionibus, quæ motu fuerant contra eos coram consulibus justitiae, iuxta consuetudinem approbatam velint cuilibet conquerenti justitiae plenitudinem exhibere, Laici quidam, ut eorum jurisdictionem evacuent, & fatigent eos laboribus, & expensis, super rebus, quæ iudicium Ecclesiasticum non requirant, literas Ap. imprærant, & sic preter iurisdictionem consulum, quam meruerant, eos cogunt multipliciter laborare: volentes igitur sic eorum utilitatibus consulere, ne patiamur justitiam aliorum deperire. f. t. per a. f. ]

#### CAP. XI.

Vidua Laicum coram Judice Ecclesiastico convenire non potest, nisi super causa Ecclesiastica, vel in defectum Judicis secularis.

Idem d Archidiacono, & Thesaurario e Turo-

nensi. ( an. 1210. )

**E**x tenore f literarum Comitis Britanniæ nostris est aribus intimatum, quod cum causam, quæ inter mulierem nobilem F. & I. de Meduano super hereditatem sua nomine operis. ff. de novi oper. nunc. & l. 2. ff. de judic. per Bart. b C. 4. eod. tit. in 3. compil. c Additur, illius. d Verba, quæ tribuuntur hoc loco Milevitano Concil. habentur in Concil. Tolet. III. cap. 13. Reliqua in Concil. Carthag. III. cap. 9. e l. id quod nostrum. de reg. jur. & l. 1. ff. solut. matrim. f Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.

vendicare contendant, licet illos excommunicare non valent, vel alias etiam coercere. Super quo taliter respondemus, quod ad te (ut pote ordinarium) de talibus debent conquerentes habere recursum: maxime si super his impetruntur, quae in tua noscuntur diocesi commisissae. Nisi forte hi, quibus delinquentes ipsi deserviunt, ex indulgentia, vel consuetudine speciali jurisdictionem hujusmodi valeant sibi vendicare.

## C A P. XIV.

*Episcopus delicti condemnat Clericum de delicto, sed non pri-va: beneficio alibi existente: sed Episcopus beneficij privatis quasi exequendo condemnationem Judicis delicti. h. d. secundum unum intellectum. Secundum alium intellectum h. d. Episcopus delicti condemnat Clericum de delicto, privando beneficio alibi sita, sed executio realis fit ab Episcopo beneficij.*

*Idem Innoc. III. a Senicen. Episcopo. (an. 1210.) Postulasti b per sedem Apostol. edoceri, utrum Sacerdos habens Ecclesiam in una dioecesi, & residens in eadem, domicilium vero patrimonii ratione in alia, ibi delinquens, ab eo, in cuius dioecesi habet patrimonium, pro delicto ibidem commisso debeat judicari, praesertim in causam exceptionis hujusmodi non valebat, nec locum habebat in possefforio, quod eadem contra dictum nobilis intendebat. Unde vos aures hujusmodi exceptionibus frivolis adhibentes, in principali negotio procedere haec tenus distulisti in ejusdem Regiae gravamen non modicum, & iacturam. Nos igitur voluntates, ut finis litibus imponatur, discr. v.]*

## C A P. XVI.

*Laici usurpantes jura Ecclesiastica, velut sacrilegi per Ju-dicem Ecclesiasticum compelluntur.*

*Gregorius IX. fratri Palmerio Canonico S. Tri-nitatis. (an. 1220.)*

*Conquestus est nobis Bononiensis Episcopus, quod Po-teitas, & Commune Bononiense temporem jurisdictionem, quae in quibusdam castris, & villis Ecclesiae Bononiensis competit pleno iure, & in cuius quasi possessione fuisse, ac esse dignoscitur, per violentiam usurpare praefumunt: [ & infra.] Cum autem valde sit iniquum, ea, quae collata sunt pro remedio peccatorum venerabilibus Ecclesiis, vel relieta, aut eis justis modis aliis acquisita, aliis usibus applicari: propter quod merito invasores ipsarum rerum, tanquam sacrilegi, sunt anathemati usque ad satisfactionem congruam supponendi: [ & infra.] Mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam cessare ipos ab hujusmodi, & satisfacere de præteritis damnis, & injuriis, appellatione remota, compellas.*

## C A P. XVII.

*Miserabilis persona potest Laicum interdicere, unde vi, coram Judice Ecclesiastico convenire, etiam res subtracta dicatur feudalis.*

*Honorius III. Archiepisc. Decano, & Archidia-cono Turon. (an. 1220.)*

*E X parte B. quondam Angliae Regina fuit propositum, quod cum nobilem virum G. detentorem castrum Segrey, ratione dotalitii pertinentis ad ipsam, quo per eum, vel eius complices contra iustitiam fuerat spoliata, & auctoritate bona memoriae Joannis Papæ præd. nost. coram vobis transisset in causam: dictus nobilis excipiendo proposuit, quod literæ Apostolicae non valebant, pro eo quod castrum Guar-gia, ubi est ejus domicilium principale, consistit in dioecesi Rodon, quæ ultra duas diætas a Turonis est remota. Verum replicatum fuit ex parte Reginæ, quod idem nobilis Turonis fatus poterat conveniri, cum non solum in Rodon, dioecesi, sed & in Andegavensi dioecesi existat, eo quod d & castra, & redditus plures habet in ipsa, & castrum, de quo quæstio vertitur, in eadem est dioecesi, quæ a Turon. nequaquam ultra XII. leucas distat. Idem quoque adjectit, quod cum dicta Reginæ jus suum coram domino feudi prosequi debuisset, literæ Apostolicae non valebant, cum non faciebant mentionem, quod dominus feudi fuerit requisitus, & ipse in exhibenda iustitia extiterit negligens, vel remissus: subjiciens, quod eadem literæ falsitate expressa fuerant impetratae, eo quod suggestum fuerat, castrum illud ad eandem Reginam ratione dotalitii pertinere: cum nec ab initio, nec durante matrimonio a viro sibi fuerat in donationem propter nuptias assignatum. Ad hoc autem fuit ex parte ipsius Reginæ responsum, quod vidua spoliata, irrequisito feudi domino, spoliatorem, seu detentorem rei coram Ecclesiastico Judice poterat convenire, cuius interest viduas defendere: ( & infra. i ) Mandamus, quatenus si vobis constiterit dictum nobilem terram, & mansionem habere in Andegavensi dioecesi, in qua interdum consuevit commorari, & ipsam dioecesim ultra duas a Turon. non distare diætas, & in eadem litigiosam rem esse: non ob-*

*a l. Vicensi. b Cap. 3. eod. tit. in 4. compil. c vide l. 3. §. dirius. de sepul. viol. & l. jubemus. C. de sacros. Eccles. d quod in ipsa dioecesi, &c.*

*a l. contraxisse. ff. de action. & obligat. & Bart. in l. 2. C. de summ. Trinit.*

*consensus accedat, & Judge, cuius jurisdictionem prorogare volunt, sit Ecclesiasticus.*

*Idem Abbat. Trecen.*

*S ignificasti a nobis, quod P. Clericus ad petitionem C. mercatoris se tua jurisdictioni subjecit, si in termino nunc elapo de pecunia mutuata non satiscessit eidem: [ & infra.] Inquisitioni tua taliter respondemus, quod licet privatorum consensus eum, qui jurisdictioni praesesse dignoscitur, suum possit Judicem constitutere, Clerici tam in Judicem non suum (nisi forte sit persona Ecclesiastica, & Episcopi dioecesani voluntas accedat) consentire non possunt.*

## C A P. XIX.

*Legitime citatus tenetur coram Judice citante causam prosequi, non obstante, quod post citationem mutaverit forum.*

*Idem.*

*P roposuisti nobis, quod quidam subditus tuus ad petitionem cujusdam b adversarii sui, a te legitime citatus ad causam, quia postmodum jurisdictionis alterius esse coepit, tunc intendit judicium declinare. Porro tua prudenter dubium esse non credimus, quod is in. pœdicta causa jus revocandi forum non habet, quasi ab illo c jam præventus.*

## C A P. XX.

*Quisque Clericus potest in curia Romana conveniri, licet alias specificæ forum ibi non fortiori: habet tamen ex causa jus revocandi domum.*

*Idem.*

*L icet ratione delicti, seu contractus, aut domicilii, sive rei, de qua contra possessorem causa movetur, quibus forem regulariter quis fortitur, Episcopus vester apud sedem Apostolicam conventus non fuerit: quia tamen omnium Ecclesiarum mater est eadem, & magistra, rite compelli potuit, ut ibi suis adversarii responderet: nisi pro alia iusta, & necessaria causa venisset, quam si tunc allegasset, jus revocandi domum salvum fuisset eidem.*

## T I T U L U S III.

## DE LIBELLI OBLATIONE.

## C A P. I.

*Actor tenetur in scriptis libellum porrigerere. Vel sic: Judge non debet admittere actorem ad litigandum, nisi prius ei libellum in scriptis offerat. h. d. per alia verba,*

*Ex Concilio apud sanctum Medardum habit. d. (an. 854.)*

*I gnarus e Episcopus dixit: habet libellum reclamatio-nis, vel postulationis? Illi responderunt se pre manibus nullum habere libellum. Ignarus Episcopus dixit: oportet vos secundum Ecclesiasticam auctoritatem, reclamationem vestram libelli serie declarare g, eamque vestris manibus roboratam Synodo porrigeret, ut tunc vobis canonice valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conferentes porrixerent.*

## C A P. II.

*C um agitur reali, non sufficit rem generaliter peti, sed debet ita specificari, ut eviteretur obscuritas, & equivocatio.*

*a Vide Fernandum Vasquium lib. 1. §. 9. de success. resolut. num. 95. b dictio, cuiusdam, deest in quibusdam manuscr. c al. illo. d Medardum monasterium est in urbe Sueffonenisi, ubi id Concilium habitum est. Burchardus lib. 2. decr. cap. 192. Ivo part. 6. c. 1. eod. tit. in 1. comp. e Ismarus. al. Hincmarus. f Vid. l. si quando. C. unde vi. & l. si homicid. C. de accus. & authent. de jud. §. oportet. coll. 6. g allegare.*

*Innocentius III. (an. 1210.) S ignificantibus a T. & R. fratribus nostro fuit Apostolatui declaratum, quod cum inter ipsos ex una parte, & V. ex altera, super quadam terra coram Judicibus delegatis tracti fuissent in causam, oblati eis libello, illi (cum plus terras haberent) ut terra illa, super qua questio vertebaratur, offendetur eisdem, a Judicibus postularunt: quod cum ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam provocarunt. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, revocato in statum debitum, si quid post appellationem hujusmodi noveritis attentatum, &c.*

## C A P. III.

*Non tenetur reus respondere libello in actione personali, si non exprimitur causa petendi.*

*Gregorius IX. Archipresbytero Circuitatis nove, & M. Canon. Culmen. (an. 1225.)*

*D ilecti filii fratres Ecclesie sanctæ Mariae de Hispida sua nobis petitione monstrarunt, quod cum Prior, & Conventus sanctæ Mariae ad Carceres, (dioecesis Paduanæ) ipsos super quadam pecunia summa coram Priore S. Trinitatis Veron. auctoritate Apostolica convenient, ex parte ipsorum fuit excipiendo propositum, quod cum dicti Prior, & conventus nolent exprimere in porrecto libello b conventionali, quare sibi dicta pecunia deberetur, super hoc minime respondere tenebantur: & quia dictus Judge exceptionem hujusmodi admittere denegabat, nostram audienciam appellarerunt. Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, revocato in irritum, &c.*

## T I T U L U S IV.

## DE MUTUIS PETITIONIBUS.

## C A P. I.

*J udex etiam delegatus compellit actorem ad respondendum rei in causa reconventionis, & utramque causam ordine sua cessivo simul audier, & una sententia terminabit. h. d.*

*Alexander III. Vulnerano Episcopo c, & Abbat. de Spongia. (an. 1180.)*

*E x d litteris: [ & infra. i ] Quoniam rationis ordo exigit e, ut Plebans, & Clerici Muren. Abbat. & fratibus Muren. monasterii, de iis, quæ adversus eos proponunt, debeat in vestra praesentia respondere, cum sibi ex ipsis coram vobis a sede Apostolica delegatis iustitiam postulant exhiberi: mandamus, quatenus actiones Plebani, & Clericorum proposita, & responsione facta, monitione præmissa, compellatis eosdem, memoratis Abbat. & fratibus in continentia coram vobis super suis quætionibus respondere, ut vicissim postmodum rationes parvum audientes, concordia, vel judicio utriusque negotium terminetis.*

*[ i] Vestris accepimus, quod dil. filii nostri, Abbas, & fratres Muren. monasterii, super quætionibus, quas Plebanus, & Clerici Muren. adversus eos proponunt, velrum parati sunt subire examen, si illi in continentia debeat de suis quætionibus respondere. Unde ]*

## CAP.

*a Vid. Lanfranc. in cap. quoniam §. probations. infra de prob. & quatenus hic agitur de libello incerto, & obscuro, Iasonem in §. sed istæ. Instit. de action. Decimum in cap. dediti sup. de judic. & Paulum de Castr. consil. 145. & Alex. consil. 181. & 184. in 2. vol. b vid. l. fin. C. de ann. excep. & l. 1. ff. de edend. per Bart. c male alii, Archipresbytero. d Post Conc. Lat. sub Alex. III. part. 11. c. 1. & 2. eod. tit. in 1. comp. e Vid. l. cum Papinianus. in fin. C. de sent. & inter. omnium jud.*

## C A P. I I.

*Modus procedendi datus per rescriptum in causa conventionis, intelligitur repetitus in causa reconventionis.*

Calestinus III. Rotbomag. a Decano. (an. 1195.)

Pudentiam b: [ & infra.] Sane confulisti nos, utrum cum causa appellatione remora committitur, & tens eodem Judice auctorem reconveniret, & aucto super reconstructione appellationis obstaculum interponit, an sit hujusmodi appellationi deferendum? Nos vero ita sentimus, quod cum auctor, & rei eadem sit conditio, & uno eodem que jure circa appellationis remedium debeat eterque censeri, sicut desiderat auctor, ut sibi juxta mandatoris rescriptum justitia fiat appellatione remota: eodem modo reconstructioni debet in sua justitia respondere.

TITULUS V.  
DE LITIS CONTESTATIONE.  
C A P. U N I C.

*Non per positiones, & responsiones, sed per petitionem in jure propositam, & responsionem secutam, fit litis contestatio, qua omissa nullus est processus.*

Gregorius IX. Abbati sancti Joannis in Vineis.

(an. 1230.)

Olim inter Episcopum Novensem ex parte una, & Capitulum Ecclesiae sancti Quintini ex altera, super quibusdam injuriis, & excommunicationum sententiis, & quibusdam aliis articulis orta fuit materia questionis: [ & infra.] Judices factis quibusdam positionibus, & responsionibus ad easdem: auditis etiam, quae partes voluerunt proponere coram eis, causam eandem ad examen Apostolicum remiserunt. Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra praesentia constitutis, quamvis positiones, & responsiones hinc inde super pluribus articulis facta fuerint coram Judicibus memoratis: quia tam litis contestationem non invenimus esse factam, cum non per positiones, & responsiones ad eas, sed per petitionem in jure propositam, & responsionem secutam contestatio litis fiat: processum ipsorum de fratum nostrorum consilio irritum duximus nunciandum.

TITULUS VI.  
UT LITE c NON CONTESTATA NON  
PROCEDATUR AD TESTIUM RECEPTIONEM,  
VEL AD SENTENTIAM DIFFINITIVAM.

## C A P. I.

*Si agatur de adulterio ad separationem tori, & ante litis contestationem reus est contumax, potest excommunicari: sed testes recipi non possunt, nec causa diffiniri.*

Innocentius III. Abbati sancti Proculi Ord. S. Ben.  
& L. Canonico Bononiensi.

(an. 1204.)

A d f hac Deus: [ & infra. 1] Cum causa, quae inter R. & B. uxori ejus vertitur, auctoritate Apostolica vobis commissa fuisset, tandem procurator eiusdem R. libello uxoris, quo virum ad separationem tori, & ut dotem reciperet, de adulterio accusabat, noluit respondere, donec Advocatus ejus veniret, inducias postulando. Qui cum hujusmodi inducias saxe pendo, vobis illudere videretur, tandem ad praesentiam vestram accedens, dixit se respondere paratum: sed die statuto, cum crederetur responsurus libello, restitucionem uxoris primo fieri postulavit, ne secus fieret, appell-

a Al. Archiep. b Pars. prudentiam. sup. de offic. jud. det. & cap. 2. eod. tit. in 2. compil. c Vid. Bart. & Fulgos. & Paulum in l. causas. C. de trans. Soc. in reg. 295. d l. un. C. eod. & l. Aurelius. §. idcirco. ff. de lib. leg. e Vid. Bart. Soc. in fallent. Reg. 296. & aliquot seqq. f C. 1. eod. tit. in 3. compil.

a Vide arch. qui semel. C. quom. & quand. jud. & ibi gl. b Cesarien. c C. 1. eod. tit. in 2. compil. d Vid. l. 1. ff. si quis jus dic. non obemp. & l. 2. ff. si quis in ius voc. non erit. e al. malitia permaneret. f Vid. l. 2. §. si quis a Principe. ff. ne quid in lo. copubl. g ordo est: Igitur nos cassavimus predictas sententias, cum lis non esset contestata, & paterer, & constare, &c.

municationis forte potuerunt proferre sententiam, non tamen debuerunt super principali negotio diffinitivam sententiam, lita non contestata, proferre: predictas cassavimus sententias, imo cassas denunciaimus, & inanes. Uade Tiren. Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut Ecclesiae S. Marci instrumenta restituat, & etiam universa, quae hujusmodi occasione sententiae per se, vel per alios occupavit.

[ 1 Ad presentiam nostram ven. f. n. Paphen. Ep. ven. f. n. Achon. Tibiden. & Beriten. Episcoporum nobis literas presentavit, sententiam continent, quam super causa, que inter ven. f. n. Thyren. Archiepiscopum ex una parte, & Plebanum sancti Marci ex altera vertebar, iidem Episcopi promulgant: afferebant etenim iidem Episcopi memorari per suas literas, quod cum causam ipsam de mandato nostro suscepimus terminandam, partes ad suam presentiam convocarunt. Sed Plebanus nec eorum literas, in quibus mandati nostri tenor erat expressus, recipere voluit, nec eorum se conspicui presentavit, sed secundo citatus, licet nec literas eorum recipere voluisse, eorum eis apparuit prioris absentie ius causas allegans, & inspecto nostrarum literarum tenore, peccatis etiam inducitis, & recepitis, ab eis sententias abscessit, se statuto die ad eos redire promittens.]

## C A P. III.

Si lita non contestata reus est contumax, si fieri potest, mittitur auctor in possessionem, causa custodia: alias reus excommunicabitur.

Idem Episcopo Brixiensi. [ 1210.]

T uae fraternitatis b devotio: [ & infra. 1] Consultatio ni tuae taliter duximus respondentum, quod si reus lita non contestata se absentet & contumaciter: talisque sit causa, quod auctor possit in petitarum rerum possessionem induci, est in eandem causa custodire inducendus. Quod si causa talis fuerit, quod idem in possessionem nequeat intromitti d, ut juri pareat, per censuram Ecclesiasticam est contumax compellendus.

[ 1 Consulisti præterea, urum si aliquis citatus legitimis peremptoris parere noluerit, Iudea lita non contestata contra ipsum debet sententiam promulgare, ut idem affectus studio appellationis, saltem Judicis se conspicui representet. Ad quod]

## C A P. IV.

Receptio testium facta contra non contumacem, lita non contestata, in causa matrimoniali est nulla.

Idem de deima, & Helemos & Abbatibus Aurelian.

& Carnot. diocesis, [ 1210.]

II. A ccedens f ad sedem Apostolicam nobilis vir Guili-  
piten. Episcopus Comitem Britannæ proxima linea con-  
fanguinitatis attingat: & Archidiaconus ejus fit Clericus  
commensis ( qui eidem Vicecomiti est adversarius prin-  
cipalis, utpote qui uxorem b suam, & terram publice de-  
tinere præsumit) & magister P. de terra uxoris sua oriundus,  
existat nimis favens eidem, & omnes sub districtu  
existant Comitis memorati, nec nisi per districtum ipsius  
ei pateat accessus ad eos, & ipsi, quibus causa inter ip-  
sum, & uxorem suam commissa fuerat, nunquam ei vo-  
luerint, nisi in terra inimicorum suorum, locum, & ter-  
minum assignare, quo sine mortis periculo accedere non  
audebat: & licet literas non habuit de conductu, si ta-  
men missæ ei fuissent, non debebat se credere suis capi-  
tibus inimicis: [ & infra. 1] Mandamus, quatenus cum  
propinquiores suis terræ nobilis tam dictæ, quam fusa, &

a Vide diffoluta. C. de cond. ex lege. b Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. c al. absentayerit se. d introduci. e de Curia Dei, & de eleemosyna Abbatib. &c. Ord. Cif. f Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. g al. Vv. h Ex qualibet enim barum causarum ori-  
etur inimicitia capitalis, ut hic per Doct. tradit Marsil. in l. 1. §. preterea ff. de quest.

Tom. II.

causa ipsa per vos commodius valeat terminari, cum ad vos securus a pateat accessus, utrinque b partibus conve-  
catis ( si vobis consiliterit, quod ante item legitime con-  
testatam, vel post appellationem ex præmissis causis in-  
terpositam, testes super consanguinitate contra matrimo-  
nium absque culpa contumacie recepti fuissent) vos at-  
testationes hujusmodi decernatis irritas, & inanes, com-  
pellentes dictam nobilem, ut revertatur ad virum suum  
( quem inconsulte dimisit) ita quod postquam ipse vir  
plenarium restitutionem habuerit tam uxoris, quam ter-  
ræ, causam super matrimonio audiatis: eamque fine ca-  
nonico termineris.

[ 1 Sed quia lita non contestata super consanguinitate testes  
recipere presumpserunt: & infra. Cum igitur in matrimonia-  
libus causis non tam ad disjungendum, quam ad conjungen-  
dum debeamus existere promotores, ne forte quod Deus conjun-  
xit, homo separare præsumat, dis. v. p. a. s.]

## C A P. V.

Lite non contestata non recipiunt testes regulariter super  
principali. Fallit in casibus hic anomatis: scilicet cum time-  
tur de morte, vel absentia diurna testium: tunc enim ser-  
vata solennitate hic posita, possunt etiam lita non contestata testes  
examinari. h. d. usque ad §. porro.

Idem.

Quoniam c frequenter in dubium revocatur multis, at  
lita non contestata testes recipi valeant, auctoritate  
præsentium duximus declarandum, regulariter verum esse,  
quod lita non contestata, non est ad receptionem testium  
procedendum. Nisi forte de morte testium timeatur, vel  
absentia diurna: in quibus casibus, cum civiliter est  
agendum ( ne veritas occultetur, & probationis copia for-  
tuinis casibus subtrahatur) senes, & valetudinarii, & alii  
testes ( de quibus ex aliqua rationabilis causa timetur) etiam  
lite non contestata sunt procubiludo admittendi, seu pars  
conventa sit contumax, seu sit absens absque malitia, ut  
conveniri non possit. Sed si auctor non conveniret adversari-  
um intra annum, ex quo conveniri poterit, vel saltum re-  
ceptionem hujusmodi testium non denunciaverit illi: attestations  
sic recepta non valeant, ne forte hoc procuret in  
fraudem, ut processu temporis exceptions legitimas ad re-  
pellendum testes, vel alia locum habere non possint.

Cum agitur de matrimonio carnali, vel spirituali, possunt  
contra contumacem etiam lita non contestata testes recipi, &  
sententia diffinitiva ferri. Si vero reus est absens, sed non  
contumaciter, tunc in carnali non proceditur, sed expectatur  
absens. In spirituali vero, si agatur de contracto, stabilitur  
juribus antiquis: si de contrabendo, expectatur absens per sex  
mens. Sed de hoc ultimo, quando agitur de contrabendo,  
dic hodie ut in capit. quam sit. & capit. cupientes, de elect-  
io in 6. ubi aliter est provisum. h. d.

§. 1. Porro speciales cause possunt occurtere, in quibus  
causaliter est aliud observandum, ut (verbi gratia) si fu-  
per alieuius electione, vel copula maritali d quæsto mo-  
veatur: tunc enim ne propter longam moram in spi-  
ritualibus, & temporalibus patiatur Ecclesia lassionem,  
vel viro, five mulieri fornicationis occasio præbeatur,  
maxime cum propinquitat gradus opponitur lege di-  
vina prohibitus) in hujusmodi casibus ( si contumax ap-  
paruerit is, in quem fuit actio dirigenda, seu quia per-  
emptoria citatione recepta venire contemnit, seu quia  
malitiose seipsum occultat, e seu quia impedit, ne  
possit ad eum citatio pervenire) testes lita non conte-  
sta

a Secund. b utriusque. c C. 5. eod. tit. in 3. compil. d  
contrabendo, vel contracta, sed is, qui absens, contumax est: &  
sic variat a §. seq. si autem. secund. Hostien. Joan. And. e vide  
l. contumacia. cum not. ff. de reg. jur.